me. Vel iudam non uidetis quomodo non
dormit. sed festinat tradere me iu-
deis. R. Dormite iam et requiescite ecce ap-
propinquabit qui me traditurus est. V.

Pascha interpretatur transitus. lectio viii.
Hoc nomen ex eo uenit hebraicum. quod transierit
in eo dominus per egyptum percutiens
primogenita egypti: et filios israel li-
berans. vel quod ipsi filii israel transierunt
illa nocte de egyptiaca seruitute. ut
uenirent ad terram promisse olim he-
reditatis et pacis. R.

Seniores populi consilium fecerunt ut
Ihesum dolo tenerent et occiderent. cum gla-
diis et fustibus exierunt tamquam ad la-
tronem. V. Congregauerunt iniquitatem
sibi. et egrediebantur foras. Cum gladiis. lectio ix.

Mystice autem hoc significat quod in eo do-
minus transiturus esset de hoc mundo

et transire debent ad promissionem patrie
celestis. Quoniam autem transierit ihesus de hoc
mundo ad patrem: pulchro sermo-
ne designat euangelista cum dicit. cum
dilexisset suos qui erant in mun-
do: in finem dilexit eos. R. 43

Iuda qui dereliquisti consilium pa-
cis et cum iudeis consiliatus es tri-
ginta argenteis uendidisti sanguinem
iustum. Et pacis osculum ferebat
quod in pectore non habebat. V. Hec
tibi pax datur fallacibus premium flagellat
impius. Et pacis. R. Iuda. In laudibus. antiphona.

Iustificeris domine in sermonibus tuis et
uincas cum iudicaris. psalmus. Miserere. Euouae.

Dominus tamquam ouis ad uic[timam]. a.